



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XLV. Euacuatoria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

tibi seruitium vel obsequium impendere debeam, & me de vestra potestate, vel mundeburde, tempore vitæ meæ potestatem nō habeam subtrahendi, nisi sub vestra potestate, vel defensione diebus vitæ meæ debeam permanere. Vnde conuenit, ut si unus ex nobis de his conuenientiis, se emutare voluerit sol. tantos pari suo componat, & ipsa conuenientia firma permaneat. Vnde conuenit, ut duas epistolas uno tenore conscriptas ex hoc inter se facere vel adfirmare deberent, quod ita & fecerunt.

XLV. EVACVATORIA.

Dominō magnifico fratri illi,
Ego enim ille: dum & omnibus non habetur incognitum, qualiter ante hos annos sol. nostros, numero tantum, ad beneficium accipisti, vt ipsos solidos tantos tu no-

bis reddere deberes. Quod ita & fecisti. Sed dum illam cautionem, quam nobis emiseras, ad praesens non habeo, ideo hanc epistolam euacuatoriam fecimus, ut de ipsis solidis tantis omni tempore ductus & securus resedeas. Et si ipsa cautio appa- ruerit, vel a nobis vel ab heredibus nostris ullo quoque tempore ostensa fuerit, nullum sortiatur effectum, sed vacua & inanis permaneat.

X L V I . D E C A V S I S C O M -
mendatis.

Magnifico fratri illi, ego enim ille. Rogo, supplico, atque publiciter tuæ charitati iniugo, ut omnes causas meas, tam in pago quam & in palatio, aut ante iudices, vel ubicumque mihi necessitas euenerit, ipsas causas meas ad meam vicem prosequi, & admallare facias, & de ipsa prosecutione me reddas

A a iij